

Michael Cobabus Heinrich Carmon

Disputatio Analytico-Theologica Prima De Statu Et Officio Novi Hominis, vel Christiani In Iudicio Dei A Peccatis Absoluti, Super Caput Sextum Epistolae ad Romanos

Rostochi[i]: Richelius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740043366>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Oct. 1665

Cobabus, Mich.

DISPUTATIO
ANALYTICO-THEOLOGICA
PRIMA

DE STATU ET
OFFICIO NOVI
HOMINIS, 8

vel
CHRISTIANI IN JUDICIO
DEI A PECCATIS ABSOLUTI,

Super
Caput Sextum Epistolæ ad Romanos,

Quam
Divinâ favente gratiâ
In illustri ad Varnum Academia
Amplissimæ Facultatis Theologicæ consensu,
PRÆSIDE

DN. MICHAELE COBABO,

SS. Theol. D. & P. P.
publica disquisitioni subjicit

RESPONDENS
HENRICUS CARMONIUS,

Rostochiens.

In Aroaterio majori horis matutinis

Ad diem Octobris.

☉ () ☽

Rostochl, Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno clæ lꝛc L XV.

1665

10 K 31 12

DISPUTATIO
ANALYTICO- THEOLOGICA
PRIMA
DE STATU ET
OFFICIO NOVI
HOMINIS
CHRISTIANI IN JUDICIO
DEI A RECCATIS ABSOLUTIS
Caput sextum Epistole ad Romanos
Divina favente gratia
In illustribus Vrangae Academia
Amplissima Facultate Theologicae contenta
P R E S I D E
D. N. MICHAEL E. COBARBO
S. Theol. D. & P. F.
HENRICUS CARMONIS
Rostochiorum
In typographia Johannis Matthei
MDCCLXXII
Rostochii Typis Johannis Matthei, Sen. Typogr.
Anno eius scilicet LXXII



DISPUTATIO ANALYTICO-THEOLOGICA.

Prima

De Statu, & officio hominis novi, vel Christiani
in iudicio Dei à peccatis absoluti,

super

Caput VI. Epistolæ ad Romanos

RArte posteriori Capitis tertii à v. 20. usque ad finem, & Cap. 4 Epistolæ ad Romanos Apostolus Paulus disserit de Statu hominis in iudicio divino, & probat, credentes in conspectu Dei non justificari per justitiam infusam, inharentem, vel habitualem, neque per justitiam actualem, vel justitiam operum, sed justitiam imputatam, vel justitiam humano generi à Christo acquisitam, & fide apprehensam.

Capite V. disputat Apostolus de origine mortis, & vitæ, & docet, quòd Christus mortuus sit pro omnibus hominibus, vel loco omnium hominum, totiq; generi humano acquisiverit justitiam, vitam, & salutem.

Opponentem autem in fine capitis quinti, *Primò*

Christianus justus est, vel justificatur apud Deum lege,
vel legis obedientiâ.

E. Christianus non est justus apud Deum, vel in conspectu Dei, obedientiâ Christi.

Resp. Ap. Antecedens negando; nam quòd subintroiit, vel promulgatum est, ut peccatum abundaret, illud hominem post lapsum in conspectu Dei justificare nequit: *Lex autem subintroiit, ut peccatum abundaret*, quòd proponit. v. 20.

Opponentem *Secundò*

CAPUT VI.

Lex subintroiit, ut peccatum abundaret, Ergo Lex est perniciofa, & nocet peccatoribus.

Resp. Argumentum invertendo

Lex subintroiit, ut peccatum abundaret, E. Lex non est perniciofa, neque nocet peccatoribus.

Confequens probatur. Nam 1. Si Lex effet perniciofa peccatoribus, peccatum monftrando, & potentius reddendo, gratia Dei non fuperabundaret, ubi abundat delictum: *Verum, ubi abundat delictum, ibi fuperabundavit gratia*, quod proponit verfu eodem, 2. finis, propter quem lex peccatum reddit potentius, non eft, ut homo in peccatis perfeveret, & pereat: fed ut, *quemadmodum peccatum regnavit ad mortem, ita & gratia regnet per iuftitiam ad vitam aeternam per Iefum Chriftum Dominum noftrum*, quod proponit v. 21.

Cap. VI. Quibus absolutis Apoftolus Cap. VI. incipit differere de ftatu novi hominis in regno gratiae, & oftendit, quales illi fint, qui in confpectu, vel iudicio Dei à peccatis funt absoluti, & quodnam illorum fit officium, fi volunt effe veri Dei filii, & haeredes bonorum coeleftium.

Objectio I.

Chriftiani fide iuftificati dicunt: ubi abundat peccatum, ibi fuperabundavit gratia.

E. *Chriftiani fide iuftificati permanebunt in peccato, ut gratia Dei fiat copiofior.*

Antecedens probatur, quia Paulus Apoftolus cap. 5. 20. fcribit: *ubi abundat peccatum, ibi fuperabundavit gratia.*

Resp. Argumentum invertendo

Chriftiani fide iuftificati dicunt: ubi abundat peccatum, ibi fuperabundavit gratia.

E. Chriftiani fide iuftificati non permanebunt in peccato, ut gratia Dei fiat copiofior, & abundantior.

Confe-

Consequens proponit (1) figurate, v. 1. & 2. *Quid igitur dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia fiat abundantior? Absit,* ubi Ap. docet, extremè absurdum esse argumentari, E. permanebimus in peccato, ut gratia fiat abundantior. Nam sententia hæc, ubi abundat peccatum, ibi superabundavit gratia, non est pro impiis, & injustis, qui sub libertatis prætextu legis obedientiam excutunt, & in effrenam licentiam sese proripiunt, vel gratiâ Dei abutuntur ad licentiam peccandi, & quidvis pro libidine faciendi; sed pro illis, qui legis sensu, & potentiâ excitati propter peccata commissa verè dolent, & ingemiscunt, iræq; divinæ, & severæ vindictæ cogitatione, animiq; terroribus in conscientia turbantur, & conteruntur: Pro illis est, ut voce Evangelii erigantur, & divinâ gratiâ reficiantur, atqve refocillentur.

2. Probat sequentibus argumentis

Primum argumentum Apostoli

Christiani fide justificati non vivent in peccato.

E. *Christiani fide justificati non permanebunt in peccato.*

Antecedens probat sequenti argumento

Christiani fide justificati mortui sunt peccato

E. *Christiani fide justificati non vivent in peccato.*

Consequens probatur, quia peccato mortuum esse, & in peccato adhuc vivere, sunt pugnantia. Nam in peccato vivere, est peccato obedire, ejusq; regimen, vel imperium amplecti, peccato victas manus dare, eiq; indulgere, & frena laxare; peccato autem mortuum esse, est peccato virtute mortis Christi non amplius obsequi, ejusq; concupiscentiis obniti, & reluctari, vitiis omnibus repudium dare, & carnis blandimenta, & suggestiones refrenare. Absurdum igitur, & impossibile est, Christianos peccato mortuos adhuc in peccato vivere. Quod proponit v. 2. *qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?* Ubi Ap. respondet per interrogationem, ut fortior sit illatio, & nemo ejus veritatem in dubium vocet.

Antecedens probat sequenti argumento

CAPUT VI.

Christiani fide iustificati baptizati sunt in Jesum Christum

E. Christiani fide iustificati mortui sunt peccato.

v. 3. Antecedens proponit v. 3. *quicumq; baptizati sumus in Christum Jesum*

Consequens probat sequenti argumento:

Christiani fide iustificati sciunt, quòd, quicumq; baptizati sunt in Christum Jesum, in mortem illius baptizati sint.

E. Christiani fide iustificati mortui sunt peccato.

Antecedens probatur, quia turpe, & indetorum est, Christianum ignorare, quòd illi, qui in Jesum Christum sunt baptizati, in mortem illius baptizati sint, quòd proponit v. eodem. *An ignoratis, nos quotquot baptizati sumus, in Christum Jesum baptizatos esse? Ubi Ap. docet, Christianorum officium esse, ut efficaciam mortis Christi per baptismum participes facti sese totos consecrent Christo, Ecclesie Capiti, & peccandi licentiam, mundiq; vanitatibus, & illecebris profus renuntient, & valedicant.*

Secundum argumentum Apostoli.

Christiani fide iustificati in novitate vitæ ambulabunt.

E. Christiani fide iustificati non permanebunt in peccato.

Antecedens probat sequenti argumento

Christiani fide iustificati sepulti sunt cum Christo per baptismum in mortem.

E. Christiani fide iustificati in novitate vitæ ambulabunt.

Antecedens proponit v. 4. *sepulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem.* Ubi mors spiritualis, quæ Christianus fide iustificatus virtute mortis Christi moritur peccato, confertur cum morte, & sepultura Christi. Quemadmodum enim Christus verè mortuus, & sepultus est, ita Christiani fide iustificati merito mortis Christi per baptismum verè sunt mortui, & sepulti, ut non amplius vivant, & serviant peccato.

Consequens probatur, nam finis sepulturæ, quæ sepulti sunt cum CHRISTO per baptismum, non est, ut in peccato permaneant, & securitati carnali omnem aperiant fenestram, sed ut quemadmodum CHRISTUS excitatus est à mortuis per gloriam patris, vel per gloriosam Dei potentiam (Nam Deus suscitavit

EPIST. AD ROM.

scitavit Dominum Jesum *Ἰησοῦν τὸν θυνάμενος αὐτὸς* per potentiam suam) ita in novitate vitæ ambulent. Quod 1. proponit v. 4. *consepulti igitur sumus unâ cum eo per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus excitatus est ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus*, ubi novitas vitæ, vel nova obedientia Christiani confertur cum resurrectione Christi. Quemadmodum enim Christus verè surrexit à morte, ita Christiani à morte peccati suscitati ambulabunt in novitate vitæ, & vitam agent, quæ sapiat hominem non veterem, sed novum. 2. Probat. Nam si cum eo coaluerunt similitudine mortis ejus, non tantùm peccato moriuntur, sed etiam coalescent similitudine resurrectionis ejus, & in novitate vitæ ambulabunt. Nam posita unione cum Christo, ponitur non tantùm peccati mortificatio, sed etiam resurrectio ad vitam novam, vel vitæ sanctificationem, & coelestem in hac terra conversationem, quæ, licet sit inchoata, est tamen sine omni fuce, & hypocrisi, quod proponit v. 5. *Nam si cum eo coaluimus similitudine mortis ejus, non tantùm moriemur peccato, sed & coalescemus similitudine resurrectionis ejus.*

v. 4.

Tertium argumentum Apostoli

Christiani fide justificati non amplius servient peccato.

E. Christiani fide justificati non permanebunt in peccato, Antecedens probat sequenti argumento

Christiani fide justificati sciunt, quòd vetus homo simul crucifixus sit cum Christo

E. Christiani fide justificati non amplius servient peccato.

Antecedens proponit v. 6. *Hoc scientes, quòd vetus ille noster homo simul cum eo crucifixus sit*, ubi vetus homo dicitur non ratione substantiæ, sed qualitatium vitiosarum. Nam vetus, & novus homo non significant duas distinctas substantias, sed figuratè per Metonymiam subjecti pro adjuncto in unâ eademq; substantiâ, vel subjecto, duplicem hominis statum, unum peccati, alterum justitiæ. Vetus homo refert indolem primi Adami: novus imaginem

CAPUT VI.

ginem secundi Adami. In scriptura vetus homo dicitur caro, novus autem Spiritus, per Metonymiam subjecti, pro qualitatibus carnalibus, & spiritualibus, nam illæ sunt hominis carnalis, hæ vero sunt hominis spiritualis. Crucifigitur autem vetus homo mortificatione peccati, quando virtute mortis Christi non amplius ei obtemperamus, sed desiderii illius obnitimur; & naturæ vitiositatem corrigimus, & emendamus. Nam, qui sunt in Christo Jesu, carnem suam crucifigunt cum vitiis, & concupiscentiis Gal. 6. v. 5.

Consequens probatur. Nam finis crucifixionis, vel mortificationis veteris hominis est, *ut destruat corpus peccati, ut non ultra serviamus peccato*, quod 1. proponit v. eodem, ubi per corpus synecdochicè intelliguntur omnes partes hominis. Nam subjectum, in quo peccati vis sese exserit, est totus homo: omnes igitur partes hominis debent spiritualiter destrui, & enervari, ut arma non subministrant peccato originali: Intellectus debet crucifigi, & destrui, ut non amplius judicet, illa esse justa, bona, utilia, vera, quæ sunt injusta, mala, perniosa & falsa. Voluntas debet destrui, & enervari, ut non sub ratione boni appetat, & eligat malum, neq; sub ratione mali aversetur bonum: lingua, oculi, manus, pedes, omnesq; vires animæ, & corporis debent destrui, ut non amplius peccati imperata faciant.

2. Probat. Nam qui mortuus est scilicet peccato, ille justificatus est, ille liber est, & cessat à servitute peccati, ille non amplius obsequitur peccato. Nam sublato peccati Dominio, tollitur quoque peccati servitus. Sublato enim uno relatorum, tollitur quoque alterum, quod proponit v. 7. *Nam qui mortuus est scilicet peccato, ille justificatus est à peccato, vel à servitute peccati.*

Objectio II.

Christiani fide justificati sunt mortui spiritualiter.

E. Christiani fide justificati non vivent spiritualiter.

Antecedens est Apostoli. Consequens probatur, quia spiritualiter mortuum esse, & spiritualiter vivere sunt contraria.

Resp.

EPIST. AD ROM.

Resp. argumentum invertendo.

Christiani fidei justificati spiritualiter sunt mortui

E. Christiani fidei justificati spiritualiter vivent

Consequens probatur sequentibus argumentis

Argumentum Primum Apostoli

Christiani fidei justificati vivent cum Christo

E. Christiani fidei justificati spiritualiter vivent

Antecedens probat sequenti argumento

Christiani fidei justificati cum Christo sunt mortui

E. Christiani fidei justificati cum Christo vivent.

Consequens probat (1) nam, si cum Christo non essent mortui, cum Christo quoque non viverent, siquidem non posito antecedente, non potest poni consequens: *si verò cum Christo sunt mortui, cum Christo quoque vivent*, nam posito antecedente ponitur consequens, quod proponit v. 8. ubi Apostolus distinguit inter mortem spirituale fidelium, & mortem spirituale infidelium Nam infideles cum Christo non sunt mortui, sed per mortem gratiæ à vera animæ vita, quæ est in Christo, sunt separati, & peccato, mundo, atq; diabolo serviunt, & in peccato sunt mortui: Fideles autem cum Christo sunt mortui, vivunt Deo, & serviunt justitiæ (2) Probat testimonio illorum, qui cum Christo, sunt mortui: illi enim credunt, fore, ut cum Christo quoque vivant, quod proponit v. eodem: *si verò mortui sumus cum Christo, credimus, fore, ut cum illo vivamus*. Vita autem spiritualis, quæ Christiani fidei justificati vivent, una est gratiæ; altera est gloriæ: Una in labore, altera in requie; Una in via, altera in patria: Una declinat à malo, & facit bonum, altera nullum habet, à quo declinet malum, & magnum habet, quo perfruatur bonum: Una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat: Una fortis est in adversis, altera nihil sapit adversi: Una carnales libidines frenat, altera spiritualibus delectationibus vacat: Una in tentationibus adjuvatur, altera sine ulla tentatione in ipso adiutore lætatur: Ergo una bona, sed misera adhuc, altera melior, & beata. Tota hic agitur ista usque in hujus seculi finem, & nullibi invenit fi-

B

nem,

CAPUT VI.

nem, differtur complenda post hujus seculi finem, sed in futuro seculo non habet finem Ita Augustinus differit de vita illa spirituali, quâ credentes vivent cum Christo.

Argumentum Secundum Apostoli.

Christianis fide justificatis non dominabitur mors.

E. Christiani fide justificati spiritualiter vivent.

Consequens probatur, nam vita & mors sunt opposita, sublata igitur morte spirituali, quâ Christianus ante conversionem in peccato est mortuus, ponitur vita spiritualis, quâ Christianus post conversionem vivit Deo, & justitiâ.

Antecedens probat sequenti argumento.

Mors Christo ex mortuis excitato non amplius dominabitur.

E. Mors Christianis fide justificatis non dominabitur.

Consequens probatur, quia ex mortuis facti sunt viventes, & conjuncti, sive consociati sunt cum Christo capite, similitudine resurrectionis illius. Illis itaq; non dominabitur, (1) mors spiritualis vel gratiæ, quia translati sunt e regno tenebrarum in regnum lucis, & à peccato liberati facti sunt Deo servientes; In regno autem lucis non dominabitur mors (2) mors corporis, quia per illam dimittentur ex hac vita in pace, ut post multas, variasq; afflictiones & tentationes, quibus in tempore gratiæ fuerunt obnoxii, coronam vitæ nanciscantur, & reportent (3) Mors gloriæ vel mors æterna, nam quisquis vivit, & credit in Christum non morietur in æternum Joh: II. v. 26.

Antecedens probat sequenti argumento

Christus ex mortuis excitatus non amplius moritur.

E. Christo ex mortuis excitato mors non amplius dominabitur.

v. 9. Antecedens probat i. testimonio omnium credentium, hi enim sciunt, Christum ex mortuis excitatum non amplius mori, quod proponit v. 9. *Scientes Christum ex mortuis excitatum non amplius mori.* Nam Christus semel oblatus est Heb. 9. 18. 2. sequenti Arg.

Christus

EPIST. AD ROM.

Christus semel mortuus est peccato.

E. Christus ex mortuis excitatus non amplius morietur. Antecedens proponit v. 10. *quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel*: Ubi peccato mori significat, peccatum expiare, vel à peccato liberare. Nam Christus mortuus est corpore naturæ peccato alieno expiando. Nam pro peccatis nostris semel est passus 1. Pet. 3. v. 18. 1. Cor. 15. 3. Mortuus est pro impiis Rom. 5. 6. propter offensas nostras traditus est cap. 4. 25. Nam Deus fecit eum, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum 2. Cor. 5. v. 21. Christianus autem fide justificatus mortuus est corpore peccati, non peccato expiando, sed ei non amplius serviendo.

v. 10.

Argumentum Tertium Apostoli

Christiani fide justificati vivent Deo in Christo Jesu Domino nostro

E. Christiani fide justificati spiritualiter vivent.

Antecedens probat sequenti argumento.

DEO CHRISTUS vivit

E. Deo Christiani fide justificati vivent in Christo Jesu Domino nostro.

Antecedens proponit v. 11. *Quod autem nunc vivit, vivit Deo.*

Consequens probat, quia nostra mors debet esse similis mortis Christi, quæ fuit typus mortificationis peccati, vel mortis, quæ peccato morimur: vivificatio autem, vel resurrectio nostra spiritualis debet esse similis resurrectioni Christi, quæ est typus nostræ vivificationis. Quemadmodum igitur Christus semel mortuus est, & pro peccatis mundi non amplius offertur, neq; moritur, sed Deo vivit: Ita & nos reputabimus, certoq; statuemus, nos quidem mortuos esse peccato, vivere autem Deo per Christum Jesum Dominum nostrum, quod proponit v. 12. *Ita etiam colligite, vos ipsos quidem mortuos esse peccato, vivere autem Deo per Christum Jesum Dominum nostrum, ubi describitur (a) mortificatio (1) ab objecto, quod est peccatum originale (2) à subjecto, quod sunt justificati.*

v. 11.

v. 12.

B 2

Illi enim

CAPUT VI.

Illi enim reputant, quòd sint peccato mortui, ejuſq; regimini non amplius ſeſe ſubjiciunt (b) vivificatio (1) à ſubjecto, quod ſunt peccato mortui (2) à ſine, quod eſt Deo vivere, eiq; omnes vires animæ, & corporis exhibere, ut ſint arma, vel instrumenta juſtitia, & ſanctitatis. Nam Chriſtiani fide juſtificati ſunt genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus, quem Deus ut proprium ſibi vendicat, ut virtutes prædicent illius, qui nos vocavit è tenebris in admirabilem ſuam lucem 1. Pet. 2. v. 9. Quare vetere Conſuetudine abjectâ, vitam agunt piam, honeſtam, ſanctâ, & Deo placentem, (3) à causa efficiente quæ eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſine quo nemo poteſt Deo vivere. Quemadmodum enim à morte naturali non datur reſſus per potentiam finitam, ita quoq; à morte ſpirituâli, quâ homo in peccatis vivit, ad vitam ſpiritualem non datur reſſus, niſi per actum ſupernaturalem, & potentiam infinitam Domini noſtri Jeſu Chriſti. Sicuti igitur palme non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite; ita nullus Chriſtianus vivere poteſt Deo, & fructum ferre, niſi manſerit in Chriſto. Nam Chriſtus eſt vitis, Chriſtiani fide juſtificati ſunt palmites Chriſto inſerti: in illo qui manet, multum fert fructum. Sine Chriſto autem nihil poteſt facere. Jòh. 15. v. 4. 5.

Objeſtio III.

Chriſtiani fide juſtificati liberati ſunt à peccato.

E. Chriſtiani fide juſtificati non habent peccatum.

Antecedens eſt Apoſtoli, Conſequeus probatur, nam à peccato liberatum eſſe, & peccatum habere, ſunt oppoſita,

Reſp. (1) diſtinguendo inter ipſum peccatum, & peccati regimen, vel dominium (2) ad conſequeus negando, quia Chriſtianorũ corpus eſt mortale, vel morti corporis obnoxium, mortis autem causa eſt peccatum. Nam per unum hominem peccatum in mundum introiit, & per peccatum mors Rom. 5. 12. poſitâ itaq; morte corporis, ponendum quoque erit peccatum? Quare hoc loco ignoratio Elenchi committitur, non enim quæritur, an Chriſtiani

fide ju-

EPIST. AD ROM.

fide justificati peccatum prorsus non habeant, nam Apostolus sequenti modo argumentatur:

Christiani fide justificati liberati sunt à peccato, vel à servitute peccati.

E. In Christianorum fide justificatorum mortali corpore non regnabit peccatum.

Consequens 1, proponit v. 12. *Ne igitur regnet peccatum in mortali vestro corpore.* 2. Probat sequentibus Argumentis.

Primum argumentum Apostoli

Christiani fide justificati non obtemperabunt peccato.

E. In Christianorum fide justificatorum mortali corpore non regnabit peccatum.

Consequens probatur. Nam primus gradus regiminis peccati est ei in concupiscentiis corporis mortalis consentire, & obsequi, quod proponit v. eodem. *Ne regnet ergo peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat is ei in concupiscentiis illius.* Ubi Apostolus disuadet consensum, vel obedientiam, quâ consentiunt & obtemperant peccato ab *inhonesto*. Nam, qui peccato obsequitur, is peccato obsequitur in concupiscentiis corporis mortalis. Turpissimum autem est, Christianum fide justificatum obsequi peccato in concupiscentiis corporis mortalis. Nam Christiani est adversus concupiscentias illas pugnare.

Secundum argumentum Apostoli.

Christiani fide justificati non exhibebunt membra sua arma iniquitatis peccato

E. In Christianorum fide justificatorum mortali corpore non regnabit peccatum.

Consequens probatur. Nam secundus gradus regiminis peccati est ei exhibere membra arma, vel instrumenta iniquitatis, & iniustitiæ.

Antecedens proponit v. 12. *Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato:* ubi Apostolus peccati regimen iterum dis-

CAPUT VI.

rum dissuadet ab *inhonesto*. Si enim turpe, & iniquum est, ad hostis crudelissimi nutum sese attemperare, eiq; ultro arma præbere, ut victoriâ reportatâ in servitutem abjectissimam nos redigat; quis Christianorum membra sua præbebit peccato, ut iniquitatis fiant arma, & instrumenta? Membra enim nobis data sunt, ut Deo serviant, & justitiæ, non verò peccato. Quis non diu, noctuq; virtute mortis, & resurrectionis Christi illius desideris sese opponet, ne imperium, & dominium accipiat in membra, viresq; corporis, & animi? Nam peccatum est hostis, pietatem, justitiam, & sanctitatem, nullius pensi habens. Sub peccati dominio non sunt nisi filii tenebrarum, iræ, & mortis: quis autem Christianorum vult esse filius tenebrarum, & iræ? Per membra autem intelliguntur non tantum corporis membra, sed etiam animæ potentia. Nam, qui invenit mendacia, prava consilia, calumnias, & similia, in illius mortali corpore regnat, & dominatur peccatum, ille est filius mortis, & intellectum præbet instrumentum iniquitatis peccato: qui eligit, & appetit sub ratione boni malum, bonum autem sub ratione mali averfatur, proximum calumniis involvit, calumniosè accusat, honesto cujusvis nomini, existimationi, & famæ quovis modo derogat, ut causæ suæ iniquitatem in judicio humano astutè palliet; is voluntatem suam, aliaq; membra peccato exhibet, & vitâ gratiæ post habitâ, intolerabili peccati jugo sese spontaneo motu submittit, & in regno tenebrarum filiis mortis sese associat.

Tertium argumentum Apostoli.

Christiani fide justificati exhibebunt sese Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra sua arma justitiæ Deo,

E. In Christianorum fide justificatorum mortali corpore non regnabit peccatum.

Antecedens i. proponit v. eodem. *Sed exhibete vos Deo, ut ex mortuis vivos, & membra vestra arma justitiæ Deo.* Ubi Apostolus suadet regimen gratiæ ab honesto quia (a) causa efficiens hujus regiminis est Deus, cui omnia debemus (b) subjectum illius sunt justificati, qui
ex mortuis

EPIST. AD ROMANOS.

ex mortuis facti sunt viventes, vel ex morte spirituali, quâ in peccatis fuerunt mortui, & a Deo separati, ad vitam spiritualem transferunt 3. *causa finalis* hujus regimini est, ut accommodent sese Deo, eiq; soli confidant, & sese totos consecrent, intellectum, voluntatem, & reliqua membra impendant in usum justitiæ, ut conficiat, sese ex mortuis factos esse viventes, & non amplius obedire peccato, sed Deo vivere per Dominum nostrum Jesum Christum. Nullum itaq; Christianus exhibebit membrum peccato. Nam si oculus tuus, inquit Salvator, fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosus erit.

2. Probat seqv. Argumento.

Christianis fide justificatis peccatum non dominabitur

E. Christiani fide justificati exhibebunt se Deo tanquam est mortuis viventes, & membra sua arma justitiæ Deo.

Antecedens 1. proponit v. 14. *Peccatum enim vobis non dominabitur* v. 14.

2. probat seq. Argum.

Christiani fide justificati non sunt sub lege, sed sub gratia.

E. Christianis fide justificatis peccatum non dominabitur.

Antecedens proponit v. eodem. *Non enim sub lege estis, sed sub gratia.* Consequens probatur. Nam sub lege non esse est à lege in judicio divino propter peccatum non accusari, neque condemnari, sicuti cap. 7. Apostolus docet; sub gratia autem esse, est Deo fide in Christum reconciliatum, & à peccatis in judicio divino absolutum esse.

Objectio IV.

Christiani fide justificati non sunt sub lege, sed sub gratia.

E. *Christiani fide justificati peccabunt.*

Consequens probatur. Nam qui sub lege non sunt, illos lex accusare, & condemnare nequit; illis impune peccare illebit.

Resp. Apostolus (1) per *Rejectionem*; quia nihil pejus esse, & dici potest, quam Christianis licitum esse peccare, vel peccatum fovere. Nam finis libertatis Christianæ est Deo, & justitiæ obtemperare.

CAPUT XVI.

v. 15. obtemperare. Quamobrem sub lege non esse, non importat libertatem ab obedientia legis, & licentiam peccandi, vel quidvis agendi pro arbitrio. Quod proponit v. 15. *Quid igitur dicemus? an dicemus: Nos non sumus sub lege, sed sub gratia. E peccabimus? absit.* Nam impium, & injustum est ita argumentari, & scripturæ genuinum sensum pervertere. Lex enim ad justitiæ, sanctitatis, & innocentie studium omnem Christianum excitat, atque impellit.

2. Per Inversionem.

Christiani fide justificati non sunt sub lege, sed sub gratia.

E. Christiani fide justificati non peccabunt.

Consequens probat sequentibus Argumentis.

Argumentum Primum Apostoli.

Christiani fide justificati non possunt simul servire peccato, & obedientie, vel justitiæ.

E. Christiani fide justificati non peccabunt.

Antecedens probat. Nam omnibus constat, quod illius servi sumus, cui exhibemus nos ipsos servos ad obediendum, vel nostra officia offerimus, & cui obedimus: si igitur Christiani fide justificati sese servos exhibent, ad obediendum justitiæ, eiq; obediunt, quo pacto illi simul servire possunt peccato. Nam peccatum, & obedientia sunt Domini contrarii: Peccatum est Dominus ad mortem, obedientia est Dominus ad justitiæ; quod proponit v. 16. *Nescitis, quod cui exhibetis vos servos ad obediendum servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obedientie ad justitiæ?* Ubi Apostolus docet, turpissimū esse, Christianum esse, & ignorare, quod nemo simul possit servire peccato, & obedientie, & per profopæiam introducit duos Dominos contrarios, unum peccatum, alterum obedientiam, & ostendit, nullum Christianum simul servire posse peccato, & obedientie.

v. 16

Argumentum Secundum Apostoli.

Christiani fide justificati ante conversionem fuerunt servi peccati.

E. Christiani fide justificati post conversionem non peccabunt.

Conse-

EPIST. AD ROM.

Consequens probatur. Nam qui peccant, vel peccato serviunt, illi Deo non agunt gratias, quod fuerunt servi peccati, nunc autem non amplius sunt sub peccati regimine. Christiani autem fide iustificati gratias agunt Deo, quod fuerunt servi peccati. Nam Paulus dicit: *Gratia autem Deo, quod fuistis peccati servi* v. 17.

v. 17.

Argumentum Tertium Apostoli

Christiani fide iustificati obediunt ex corde ei formæ doctrinæ, in quam traditi sunt.

E. Christiani fide iustificati non peccabunt.

Consequens prob: Nam qui peccant, vel peccato serviunt, illi non obediunt ex corde ei formæ doctrinæ, in quam traditi sunt: quia peccato servire, & ex corde Evangelio obedire sunt pugnantia: Christiani autem fide iustificati ex corde, & prompto animo obediunt ei formæ doctrinæ, in quam traditi sunt, quod proponit v. eodem. *Obedivistis enim ex corde ei formæ doctrinæ, in quam traditi estis.* Ubi performam doctrinæ intelligitur Evangelium, quod non admittit peccandi licentiam, sed alacritatem dat legi obtemperandi, & liberat à servitute peccati.

Argumentum Quartum Apostoli

Christiani fide iustificati liberati sunt à peccato

E. Christiani fide iustificati non peccabunt.

Consequens probatur. Nam, qui peccat, vel peccato servit, is nondum liberatus est à peccato, vel ejus dominio, quia peccato servire, & liberatum esse à peccati dominio, sunt opposita. *Christiani autem fide iustificati liberati sunt à peccato.* Quod proponit v. 18.

v. 18.

Argumentum Quintum Apostoli.

Christiani fide iustificati serviunt justitiæ.

E. Christiani fide iustificati non peccabunt.

Consequens probat: Nam qui peccant, vel peccato servi-

u

uat,

CAPUT IV.

unt, illi nondum facti sunt servi iustitiæ, quia peccato adhuc servire, & servum iustitiæ factum esse sunt pugnancia. Christiani vero à peccati servitute liberati facti sunt servi iustitiæ. Quod proponit v. eodem, à peccato autem liberati facti estis servi iustitiæ.

Objectio V.

Christiani fide iustificati sunt servi iustitiæ,

E. Christiani fide iustificati non sunt liberi.

Consequens probatur, quia servum esse, & liberum esse sunt opposita, quæ non possunt simul dici de uno eodemque subjecto. Nam de quo dicitur unum oppositorum, de eo negatur alterum.

Respond. Argumentum invertendo.

Christiani fide iustificati sunt servi iustitiæ,

E. Christiani fide iustificati sunt liberi

Consequens probatur, quia servi iustitiæ improprie dicuntur servi. Nam servi appellatio coactionem quandam denotat. Christiani autem fide iustificati non coactè, sed in libertate Spiritus, & prompto animo iustitiæ inserviunt, & obediunt. quod i. proponit v. 19. *Hominum more loquor propter infirmitatem carnis vestra.* Id est Improprie loquor, & simplicius, ut accommodem me ad vestrum captum, vestraque subveniam infirmitati.

v. 19.

2. Probat sequ. Argumento.

Christiani fide iustificati ante conversionem non coactè, sed liberè, & cum delectatione, studio, & industria, exhibuerunt membra sua, ut servirent impuriati, & transgressioni ad patranda transgressionem.

E. Christiani fide iustificati post conversionem non coactè, sed liberè, cum delectatione, & studio exhibebunt membra sua, ut serviant iustitiæ ad sanctificationem.

Antecedens proponit versu eodem. *Quemadmodum enim stitistis membra vestra serva impuriati, & transgressioni ad transgressionem,*
ubi

EPIST. AD ROM.

ubi Apostolus docet, hominem ante conversionem libertate inferiori, vel libertate à coactione peccato servire, & obsequi.

Consequens. (1) proponit. *Ita nunc sistite membra vestra serva justitiae ad sanctimoniam.* (2) Probat: Nam Dominus, cui Christiani ante conversionem exhibuerunt membra, intellectum, voluntatem, & alias vires corporis, & animæ est (1) ἀναλογία, Dominus impurissimus (2) ἀνομία ἐξ ἀνομιᾶς aberratio à lege ad aberrationem, Dominus iniquissimus, quia non tantum est aberratio à lege, sed aberratio à lege ad aberrationem, fons & origo iniquitatis, & injustitiæ. Dominus autem, cui Christiani serviunt post conversionem, vel membra sua exhibent, est justitia ad sanctificationem, Dominus justus & æquus. Turpissimum igitur est, ante conversionem liberè, & motu spontaneo servare Domino impurissimo, & iniquissimo; Post conversionem autem non liberè, neque cum delectatione, sed coactè servire Domino justo, & æquo.

Obiectio VI.

Christiani fide justificati ante conversionem exhibuerunt membra sua peccato originali liberè, & volentes.

E. Christiani fide justificati ante conversionem fuerunt liberi.

Resp. Argumentum invertendo,

Christiani fide justificati ante conversionem exhibuerunt membra sua peccato originali, liberè, & volentes.

E. Christiani fide justificati ante conversionem non fuerunt liberi.

Consequ. prob. sequ. Argumento.

Christiani ante conversionem fuerunt liberi justitiâ.

E. Christiani ante conversionem non fuerunt liberi.

Consequens probatur, quia libertas à justitiâ, & jure propriè non est libertas, sed effrenis licentia vagans more beluarum.

EPIST. AD ROM.

Vera autem libertas est Deo, & iustitiæ servire ad vitæ sanctificationem.

v. 20.

Antecedens (1) proponit versu 20: *liberi eratis iustitiæ* (2) probat seqv. Argumento.

Christiani ante conversionem, vel in statu veteris hominis, fuerunt servi peccati.

E. Christiani ante conversionem, vel in statu veteris hominis fuerunt liberi iustitiæ.

Antecedens proponit versu eodem. *Quum enim servi essetis peccati.* Ubi Apostolus injucundum esse docet peccato servire, nam, qui peccato servit, ille nondum est conversus, ille est filius tenebrarum, & iræ, ille servit Domino, quo nihil est in tota rerum naturâ deformius, nihil vilius, nihil turpius, nihil injucundius, & perniciosius, quia servit peccato originali.

Objectio VII.

Peccato servire est suave, & jucundum

E Peccato servire non est injucundum.

Antecedens probatur. Nam qui peccato servit, ille voluptate, & lætitiâ hujus seculi perfruitur, illius conversatione mundus delectatur. &c.

Resp. Ap. ad Antecedens negando. Nam peccato servientes (a) adhuc sunt in statu veteris hominis, in statu iræ & mortis, in quo omnia sunt amara, nulla a. vera suavitas. Peccato servire principio quidem apparenter jucundum est, postmodum autem ingentes adfert cruciatus: quod enim non est bonum verum, ac honestum, in eo nulla potest esse voluptas (b) nullum percipiunt fructum è servitute peccati, quod (1) proponit versu 21. *Quem igitur fructum habebatis tunc:* Ubi Apostolus alloquitur Christianos fidei justificatos, ut veteris hominis, & status pristini memores diligenter perpendant, quod peccati servitus nullum homini adferat fructum. (2) Probat seqv. Argumento.

v. 21.

Christiani

CAPUT VI.

Christiani translati in statum novi hominis, dolent, & erubescunt, quòd ante conversionem præbuerunt membra sua arma, vel instrumenta injustitiæ peccato, ad iniquitatem perpetrandam.

E. Christiani è peccati servitute nullum perceperunt fructum.

Antecedens (1) proponit versu eodem, *quem igitur fructum habebatis tunc, ex illis, de quibus nunc*, id est, post conversionem, *erubescitis?* Ubi Apostolus docet, quòd Christiani in statu novi hominis officium sit, non gloriari de peccatis ante conversionem commissis, sed sibi irasci, acerbè dolere, ingemiscere, lachrymari, & erubescere, quòd non justitiæ, sed peccato membra sua arma præbuerit injustitiæ. Nam *ἀγχθυή*, vel erubescencia est dolor animi ob admissum delictum orta ex accusatione conscientiæ. Quid enim magis triste, quid minus lætum esse potest vitæ malè actæ conscientiam, hinc præsentia extimescente, illinc futura reformidante? Sic peccati dulcedo, & suavitas, conscientiam evigilante, in tristissimam acerbiteriam convertitur! Si igitur sola recordatio pristinæ servitutis peccati Christianum pudore, & ignominiam suffundit, quantum magis ipsa peccati servitus, hominem in carnis impuritate, & peccati sordibus perseverantem, confundet, nam voluptate, & injustitiâ peractâ supplicium sibi paratum esse intelligit, magnosq; dolores in ipso vitio, & peccato inesse comperit. Quamdiu autem homo non acerbè dolet, neq; erubescit, quòd membra sua præbuerit arma peccato ad injustitiam perpetrandam, tamdiu est, & manet in statu iræ, & tenebrarum. Hominis igitur desperati indicium est, ore impudenti negare peccata notoria, neq; pudore suffundi, quòd omni charitate, & honestate posthabitâ, in proximi damnum, & perniciem Sanctam justitiam turpissimè violaverit.

(2) probat. Nam finis illorum, de quibus nunc, id est, in statu novi hominis, Christiani erubescunt, est mors, quod proponit versu eodem.

Nam finis illorum mors est. Per se mors semper est poena peccati.

EPIST. AD ROMANOS.

cati; In statu autem novi hominis, mors corporis poenæ locum non obtinet. Nam in illo morientes, per mortem corporis ad vitam æternam transitum faciunt, ut cum Christo vivant, & æternâ felicitate perfruantur. In statu autem iræ perseverantes manet mors corporis, ut per illam præcipitentur in perpetuas tenebras, atque ineffabiles dolores, & angustias sentiant. Talis exitus, & fructus est servitutis peccati!

Objectio VIII:

Christiani fide justificati erubescunt, quòd ante conversionem, exhibuerunt membra sua arma injustitiæ peccato ad injustitiam perpetrandam.

E. Christiani fide justificati, post conversionem, vel in statu novi hominis, nullum fructum habebunt.

Antecedens est Apostoli. Consequens probatur, quia vita antea acta, vel servitus, quæ peccato membra sua exhibuerunt arma injustitiæ ante conversionem, Christianis nocet, & impedimento est, quò minus fructum aliquem in statu novi hominis, vel post conversionem, percipere possint.

Resp. ad Conseqv. Negando, quia non licitum est argumentari à statu Veteris hominis ad statum Novi hominis. Num (1) in statu veteris hominis, vel ante conversionem Christiani non fuerunt liberati à peccato. Nunc autem id est in statu novi hominis, vel post conversionem Christiani liberati sunt à peccato, quod proponit versu 22. (2) In statu Veteris hominis, vel ante conversionem Christiani non fuerunt DEO servientes. Nunc autem id est post conversionem, facti sunt DEO servientes, & habent fructum in sanctimoniam, finem verò vitam æternam. Quod proponit versu 22. Nunc autem servientes DEO habetis fructum vestrum in sanctimoniam, finem autem vitam æternam.

Ubi

CAPUT VI.

Ubi Apostolus docet, quòd magnum discrimen sit, inter fructum, & exitum servitutis peccati, & servitutis justitiæ. Illius fructus est pudor, turpitude, infamia, & ignominia; exitus autem mors, & æterna condemnatio: Hujus autem fructus est vitæ sanctimonia, exitus autem vita æterna.

Obiectio IX.

Christiani in statu veteris hominis, vel ante conversionem operibus malis merentur mortem æternam.

E. Christiani in statu novi hominis, vel post conversionem, operibus bonis merentur vitam æternam.

Antecedens probatur, quia ante conversionem vivunt in peccato v. 2. serviunt peccato v. 6. obediunt peccato in cupiditate corporis mortalis v. 12. præbent membra sua arma injustitiæ peccato v. 13. peccatum ipsis dominatur v. 14. sunt servi peccati ad mortem v. 16. sistunt membra sua impuritati, & transgressioni legis ad transgressionem v. 19. liberi sunt justitiæ v. 20. fructus ipsorum est ignominia, exitus autem mors v. 21.

Consequens probatur. Nam post conversionem mortui sunt peccato v. 2. non vivunt in peccato vers. eodem; in novitate vitæ ambulant. v. 4. non amplius serviunt peccato v. 6. liberati sunt à peccato v. 7. mortui sunt cum Christo v. 8. credunt, fore, ut cum Christo vivant, vers. eodem. vivunt Deo per Jesum Christum Dominum nostrum v. 11. non auscultant peccato in cupiditatibus corporis mortalis v. 12. non sistunt membra sua arma iniquitatis peccato vers. 13. sistunt sese Deo, ut ex mortuis vivi, & membra arma justitiæ v. eodem. peccatum ipsis non dominatur v. 14. non sunt sub lege, sed sub gratia v. eodem. Sunt servi obedientiæ ad justitiæ v. 16. ex corde auscultant ei formæ doctrinæ, in quam traditi sunt v. 17. liberati à peccato facti sunt servi justitiæ v. 18. sistunt membra sua justitiæ ad sanctificationem v. 19. liberati à peccato servi autem facti Deo habent fructum suum ad sanctificationem.

EPIST. AD ROM.

onem, finem autem vitam æternam v. 22. si igitur oppositorum opposita sunt consequentia, sequitur, Christianum, qui ante conversionem malis operibus meretur æternam mortem, & condemnationem, post conversionem operibus bonis mereri salutem & vitam æternam.

Resp. Apostolus ad Consequens negando. *Nam stipendium peccati mors est, donum autem Dei est vita æterna per Christum Jesum Dominum nostrum, quod prop. vers. ultimo. Ubi Apostolus docet, quod servis Dei, & justitiæ vita æterna detur gratuito; servi autem peccati, & in justitiæ accipiant suum stipendium, quod est mors, & æterna condemnatio. Nam causa meritoria vitæ æternæ est Dominus noster Jesus Christus, quia vita æterna est χάρισμα, est munus, sive donum, per Dominum nostrum Jesum Christum. Quemadmodum igitur Jacob promissionem terræ Canaan adeptus est, ex sola Dei dilectione, & favore gratuito; sic æternæ vitæ hæreditas pendet ex sola Dei eligentis dilectione & gratia, non verò ex ullo merito, vel opere, vel dignitate hominis. Nam quod ex gratia datur merum donum est, Si verò gratiâ, non jam ex operibus, alioquin gratia non est gratia. Sin ex operibus jam non est gratia, alioquin opus jam non est opus. Rom. 11, 6. Quamobrem renatus non operatur, ut per bona opera mereatur vitam æternam. Nam beatus est, cui Deus imputat justitiam absque operibus Rom. 4, v. 6. Justitiam autem, quæ est ex fide Cap. 9. v. 30. Non enim per legem promissio facta est Abrahamo, aut semine ejus, ut esset hæres mundi futuri, sed per justitiam fidei Cap. 4. vers. 13. Nam impossibile est hæreditatem vitæ æternæ esse ex lege, vel nobis obtingere ex conditione observatæ legis. Si enim illi, qui ex lege sunt, hæredes sunt, inanis facta est fides, & cassa reddita est promissio. Cap. eodem versu 14. Propterea ex fide est hæreditas, ut detur secundum gratiam, ut sit promissio firma universo semini v. 16.*



CAPUT VI.

Ubi Apostolus docet, quòd magnum discrimen sit,
& exitum servitutis peccati, & servitutis justitiæ.
est pudor, turpitudine, infamia, & ignominia; exitus
& æterna condemnatio: Hujus autem fructus est
vita, exitus autem vitæ æterna.

Objectio IX.

*Christiani in statu veteris hominis, vel
in operibus malis merentur mortem.*

*E. Christiani in statu novi hominis, vel
in operibus bonis merentur vitam.*

Antecedens probatur, quia ante conversionem
peccato v. 2. serviunt peccato v. 6. obediunt peccato
corporis mortalis v. 12. præbent membra sua arma
peccato v. 13. peccatum ipsis dominatur v. 14. sunt
mortem v. 16. sistunt membra sua impuritati, & tunc
gis ad transgressionem v. 19. liberi sunt justitiæ
psorum est ignominia, exitus autem mors v. 21.

Consequens probatur. Nam post conversionem
sunt peccato v. 2. non vivunt in peccato vers. eod.
vitæ ambulat. v. 4. non amplius serviunt peccato
sunt à peccato v. 7. mortui sunt cum Christo v. 8.
cum Christo vivant, vers. eodem. vivunt Deo per
Dominum nostrum v. 11. non auscultant peccato
corporis mortalis v. 12. non sistunt membra sua
peccato vers. 13. sistunt sese Deo, ut ex mortuis
arma justitiæ v. eodem. peccatum ipsis non domi-
nant sunt sub lege, sed sub gratia v. eodem. Sunt servi
justitiæ v. 16. ex corde auscultant ejus formæ de-
traditi sunt v. 17. liberati à peccato facti sunt servi
sunt membra sua justitiæ ad sanctificationem v.
cato servi autem facti Deo habent fructum suum

